

Antonium Pium Imperatorem, eleganter pungit aliquos iudices, ac principes, qui, cum se exhibeant maxime scrupulosos, & se dicant magnos legis observatores, omnium aliorum substantiam devorant, nemini parcunt, sed omnibus inferunt violentiam; & sub pretextu legis, & iustitiae contra iustitiam, & legem crudele movent, exercentque bellum.

18. Præmia ob meritum danda.

19. August. Perferri omnibus confideratis imperatores deprehenduntur.

Cant. 1. Dum confideratur pulcherrima, dicitur suscipitur.

Ghiser.

Anastaf.

21. Psa. 118.

Psa. 71.

Psa. 138. Procop. Cyprian.

ctus, ac imperfectiones deprehensæ sunt, atque inventæ.

QUESTIO VI.

Quare Christus Dominus expresserit suis discipulis, Iustitia vestra?

Dixit Christus Dominus discipulis suis: Iustitia vestra dedit abundare, ut intretis in regnum caelorum. In quo maxime pungit Scribas, & Phariseos, qui multis nequitis, ac peccatis viventes, maxime de patre suo Abrahamo gloriabantur, & confidebant, ita dicentes, Matthæi 3. num. 9. Patrem habemus Abraham, & Joan. 8. num. 33. Semen Abraham sumus; & n. 39. Pater noster Abraham est. Ait ergo Christus suis discipulis: Iustitia vestra; ac si diceret: non enim enitendum est alienis meritis, atque majorum, ut faciant Scribæ, & Pharisæi, ut intretis in regnum caelorum; sed vestris operibus, actionibus, & virtutibus, operante Dei gratia, huiusmodi regnum acquirendum est, ac comparandum. Unde de optimè ait D. Haximus apud D. Anastasium Sinaitam, quæst. 4. Magna insipientia est, aliorum meritis splendescere, ac magna querere.

22.

Matth. 3. Joan. 8.

Maxim.

23.

Apoc. 3.

Apoc. 4.

Ambros. Andreas. Primaf. Ansbertus.

Operibus ac meritis suis, quisque respiciat.

Carthuf.

Thronum divini Agni cingunt viginti quatuor seniores, & in capitibus eorum coronæ aureæ. Et in manibus habebant phialas aureas plenas odoramentorum, Apocal. 5. num. 8. Qui propius accedentes ad sedem Agni, Mitebant coronas suas ante thronum, Apocalypf. 4. n. 10. Cur ante thronum non effundunt phialas, ut suavissimum excitarent odorem, sed potius coronas mittunt? Coronæ erant propria: Coronas suas per quas denotantur propria opera, & metita, ut explicant D. Ambr. Andreas Cæsariæ Episcopus, Primafius, Ansbertus, & alij. At phialæ erant orationes Sanctorum. Prudenter lenes, cum audent ad thronum Dei appropinquare, ut ipsum reverentur, non effundunt, nec ostendunt aliena opera, sed exhibent propria merita, ac suas victrices coronas, quas heroicis actionibus suis de tyrannide Diabolo, ac mundo gloriosè reportarunt. Carthusianus, Deo altissimo, ait, gratissima mente adscripserunt, quidquid sapientiae, ac virtutum, quidquid victorie de hostibus sua salutis obtinuerunt. Vide supra cap. 11. numero 151. & 152.

QUESTIO V.

Quare Dominus suis discipulis tam rigidam poenam imponat?

MAGNAM poenam minatur Dominus, quod nisi eorum iustitia abundet super Scribas, & Phariseos, non intrabunt in regnum caelorum. Per quod aperte ostendit Dominus, quod iustitia Phariseorum sit insufficientis ad regnum, & quod nisi eam superaverint, observando ejus mandata, & præcepta, non habebunt ingressum ad regnum. Et est communis sanctorum Patrum, & Interpretum mens.

24. Legitima solutio.

Moraliter

QUESTIO VI.

Quare Christus Dominus dixerit potius intrare in regnum, quam esse in illo?

28. August. Chrylost. Hieron.

Ubi movet Albertus Magnus. Nam intrare in regnum, secundum Chrylostomum, Augustinum, Hieronymum, & alios, idem est, ac esse in regno. Cur ergo hac locutione non est usus Dominus? Ad quod respondet citatus Albertus magnus. Esse, vel non esse in regno, est secundum meritum, vel demeritum stare quietum: intrare autem est continuis profectis proficisci. Et ideo intrat, qui per minorum observationem continè proficit ad profectum. Iustus, & qui ad vitam vult ingredi, nunquam se debet considerare, quandiu est in hac via, veluti in termino; sed semper ulterius debet continuis virtutum gressibus progredi; veluti qui intrat, non sicut, sed ad aliam partem tendit, ita qui ad caelum properat, minime quiescat, sed semper ad maiorem virtutum apicem dirigit animum. Et ita Christus fideli servo non ait: Accipe gaudium, sed, Intra in Gaudium Domini tui, Matthæi 25, numero 21. Recordamini procul Domini, & Jerusalem ascendet super cor vestrum. Jerem. 51. num. 50. Vide supra cap. 6. numero 76. & cap. 10. num. 165. & lib. 1. cap. 4. numero 11. & lib. 3. cap. 1. num. 66.

Albert. Mag.

in via salutis minime sistendum, sed ulterius procedendum.

Matth. 25.

Jerem. 51.

29.

Numer. 4. Deut. 23. Primaf. 24.

Bonavent.

30.

4. Reg. 4.

Qui sanctorum suos majores imitatus miratur, qui ab illis recedit, nil magis facit.

ff 4 dum

25.

Quæ acquisitione sua, in possessione sua gratiora.

Nazian.

26.

Procop.

27. Apoc. 1.

Primaf. Ansbert. Andreas.

Prov. 3. Rupert.

Hieron. Carthuf. Hugo. Janfen. Salazar.

Quæ in acquisitione sua, in possessione sua, majoris estimationis.

Bostrenf.

Moraliter rem explico. Docet Dominus suos discipulos, quod, ut ad caelestem Patriam aditum habere valeant, eorum iustitia redundet super iustitiam Scribarum, & Phariseorum, qui se maxime gloriabantur, quod essent legis doctores, & illius maxime observatores. Ut ex objecta magna, ardua, que regni acquisitionis difficultate, ex tot, tantisque virtutibus, ac illustribus actionibus insinuat ad illius ingressum, eis esset ejus comparatio in magna estimatione, cultu, ac veneratione. Quantum enim acquisitionis rei habet difficultatis, ac laboris, tantum ejus possessio pretij, & estimationis, D. Gregorius Nazianzenus Orat. de pauperum amore. Facile, ait quippe vilescit, quidquid facile percipitur: quod autem ingenij nostri aciem superat, quo asecutum difficultas, eo etiam majorem sui admiratio emovet.

Planum est omnibus mediocriter versatis in Scriptura, quod Jacob inter omnes suos filios maxime diligebat Joseph, & Benjamin, Gen. 35. num. 19. & 37. num. 2. & 42. num. 36. ut ibi latè comprobant communiter Expositores. Unde ait Procopius: Israël Rachelis pignora vehementius diligebat. Ubi veram insinuat causam tanti Amoris erga Joseph, & Benjamin; erant enim partus Rachelis, quam Jacob sibi habuit in uxorem, per quatuordecim annos serviens noctu, geluque. Et cum Jacob tot, tantisque laboribus eam sibi comparasset, inde ejus pignora erant ipsi maxime grata, suavia, in magnoque pretio inter cetera habita.

Videt Joannes in Apocalypfi filium hominis: Et habebat in dextera sua stellas septem, Apocal. 1. numero 16. Quæ, ut explicavit ipse Angelus Joanni, Septem stelle, Angeli sunt septem Ecclesiarum, ibid. numero 20. Septenarius universalitatis est numerus, & significat omnes Ecclesias, ut docent Primafius, & Ansbertus. Sed quomodo Ecclesiarum, ac Ecclesiarum pastores sunt in dextera, ut ibi explicat Andreas Cæsariæ Episcopus, tanquam in supremo honoris statu, cum, ut dicitur Proverb. 3. n. 16. In sinistra ejus divitiæ, & gloria, ut merito dubitat Ropertus lib. 4. in Apocal. Per quas divitiæ, & gloriam intelliguntur dona spiritalia gratiæ, & virtutum, ut explorant D. Hieron. in tractatu in fine ejus operum. Sententiæ illius est, Carthuf. Hugo, Jansenius, Salazar, & alij: nam huiusmodi dona sunt magna divitiæ in thesauro sapientiæ. Sed valde mirum est (moraliter explico locum) quod huiusmodi spiritalia dona, quæ sunt estimationis magna, in sinistra sint; & Ecclesiarum, & Ecclesiarum pastores in dextera. Dona illa spiritalia accepta sunt à Patre sine ullo sudore, tanquam connexa cum unione hypostatica; at Christus sanguine suo; cui negotio manus ejus magno labore incubere; sustinuerunt plagas, clavos, catenas, funes; cum ergo Ecclesiarum, ac Ecclesiarum pastores tanta pressura, tantisque laboribus, ac doloribus fuissent comparati, planum, & evidens erat, quod in majori estimatione, ac pretio haberentur à manibus; & in eminentiori, ac præstantiori loco apparerent. Unde ait Titus Bostrensis in cap. 11. Lucæ, Quæ circa sudorem obtinent, vel ex parvo subministrantur, ea ceteri minoris pretij sunt.

quod huiusmodi spiritalia dona, quæ sunt estimationis magna, in sinistra sint; & Ecclesiarum, & Ecclesiarum pastores in dextera. Dona illa spiritalia accepta sunt à Patre sine ullo sudore, tanquam connexa cum unione hypostatica; at Christus sanguine suo; cui negotio manus ejus magno labore incubere; sustinuerunt plagas, clavos, catenas, funes; cum ergo Ecclesiarum, ac Ecclesiarum pastores tanta pressura, tantisque laboribus, ac doloribus fuissent comparati, planum, & evidens erat, quod in majori estimatione, ac pretio haberentur à manibus; & in eminentiori, ac præstantiori loco apparerent. Unde ait Titus Bostrensis in cap. 11. Lucæ, Quæ circa sudorem obtinent, vel ex parvo subministrantur, ea ceteri minoris pretij sunt.

Abulens. dum adhibito nuntio, imposito baculo discrepat a parente, nil magni operatur: ac cum ipsum imitatur, ejusque vestigis adheret, magna, ac stupenda miracula perpetratur. Abulens. quat. 51. Elias quando suscitavit filium viduae Sareptanae, portavit eum in cameram suam, & solus erat, incubuitque super eum in lectulo; sic nunc Elifaeus super istum puerum.

31. Praecipit Deus parenti Eliae, ut ungeret Hazael Regem super Syriam, & Jehu Regem super Israel. Et addidit Dominus Elifaeum filium Saphat unges Prophetam pro te, 3. Reg. 19. num. 16. Qui pergens ad executionem divini mandati, invento Elifaeo, cum venisset ad eum Elias, misit pallium suum super illum, ibid. n. 19. ut testatur Lyranus, Abulensis, Cajetanus; non alia unctione usus est Elias erga Elifaeum, nisi ipsius pallij impositione. Elias ad unctionem, saltem Jehu, usus est oleo sacro, nam illo reges Judaeorum ungebantur, ut docent Divus Augustinus lib. 2. contra Iulianum Periliani Donatista, cap. 47. & 48. tom. 7. Sever. Sulpitius lib. 1. historia sacra, D. Cyprianus lib. de operibus cardinalibus, Lactantius lib. 4. cap. 7. D. Hieronymus in cap. 45. Isaia. D. Ildorus lib. 2. de officiis, cap. de Christmate, ex quo valde mirum videtur, quod Rex secularis homo esset delibutus oleo sacro; & tamen Elifaeus absque oleo sacro, sola pallij impositione in Prophetam destinaretur. Agnoverat magnus Elias, quod olim Aaron, ut communicaret spiritum suum, suamque dignitatem sacerdotalem transfunderet in Eleazarum filium suum, Aaron ipse suis se vestibus spoliavit, iisque Eleazarum induit, Numer. 20. num. 28. Judicavit ergo Elias, nullam aliam unctionem pallio suo aptiorem esse, ut Elifaeum illo indueret, & sic spiritus sui haereditem, totius Israelis prophetam, & filiorum Prophetarum caput crearet, & constitueret. Carthusian. Misit Elias pallium suum in signum, ac presagium futurorum, quod scilicet Elifaeus spiritualiter cooperiendus erat, ac vestiendus duplici spiritu Eliae. Vide supra cap. 9. num. 17. & 18.

1. Reg. 19. Lyran. Abulens. Cajetan. August. Severus. Cyprian. Lactan. Hieron. Ildorus.

Magna virtus majorum facta sequitur. Carthuf.

QUESTIO VII.

Quare Dominus praecipiat hic abundare justitiam, cum ad ingrediendum ad vitam sufficiat, servare justitiam, seu mandata?

32. Paschas. **D**U B I U M hoc movet Divus Paschasius lib. 3. in Matth. Nam Dominus dixerat: Qui solverit unum de mandatis istis minimis, erit minimus; qui autem fecerit, & docuerit; scilicet etiam minima legis, erit magnus. Et ita Dominus dixit adolescenti studioso de sua salute: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata, Matthaei 19. num. 17. Quomodo ergo Dominus hic mandat, abundare justitiam? Facilis est solutio. Quia dominus docet, ut abundet justitia super justitiam Scribarum, & Pharisaorum, qui legem non servabant, sed potius pervertebant erroribus suis, falsisque interpretationibus, ut dixi quast. 1. Secundo. Loquitur Dominus de mandatis legis gratiae, quae explicare incipiebat; ac de operibus consilij, ac supererogationis, quae erat traditurus.

Matth. 19. Germana solutio.

Unde eleganter ait divus Paschasius citatus: 33. Paschas. Quoniam, dum sunt illa, quae adduntur ad perfectionem, etiam alia longe plenius aguntur, quae permissa sunt ad inchoationem. Quamvis enim supererogationis opera simpliciter non sunt necessaria ad salutem; multum tamen per omnem modum ad abundantem justitiam, & perfectionem conducunt: dum enim haec superadduntur, etiam, quae minora sunt, cumulatissime implentur; & Dominus, dum suos ad abundantem justitiam cohortatur, eos etiam commonet ad implenda mandata, observandaque consilia, his enim homo in via salutis maxime proficit, redditurque securus.

Nam qui observandis mandatis solum invigilat, & his contentus est, quamvis alias sufficiat ei; tamen in via salutis potest lapsus, ruinaque timeri. Adolescenti illi, qui se de vita aeterna studiosum ostendebat, Christus ait: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Qui respondens dixit: Omnia haec custodivi a juventute mea; quid adhuc mihi deest? Ait. Jesus: Si vis perfectus esse, vende, quae habes, & da pauperibus, & veni, sequere me. Cum audisset autem adolescens verbum abii tristis, Matth. 19. num. 21. Ubi duo maxime ponderanda sunt in rem nostram. Primum quod dum audit verba consiliorum: abiit tristis, qui enim supererogationis nil vult exhibere, a Christo fonte omnium gaudiorum discedit tristis. D. Augustinus epist. 34. ad Paulum, & Theresiam. Secundum historiam iste adolescens laudabilis quidem est, quia non occidit, non adulteratus est, viri perabilis autem, quia contristatus est in verbis Christi vocantibus eum ad perfectionem.

34. Secundo ponderandum, quod iste adolescens mentitus est, dum dixit, quod servabat mandata ut docent D. Irenaeus lib. 4. num. 26. D. Hilarius cap. 19. in Matth. Imperfectus homil. 33. D. Ambrosius in cap. 18. Luca, Beda, & alij. Sed unde colligunt Patres, quod iste adolescens mentitus fuerit? Ex optima sane ratione. Qui implet mandata, ipsa perfectio observationis legis cum movet, & excitat ad sequenda consilia, ut ardeat charitate, ut omnia sua in pauperes, & egenos distribuat, atque diffundat. D. Hieron. Mentitur adolescens; si enim hoc, quod positum in mandatis: Diliges proximum tuum sicut te ipsum; opere complevisset, quomodo postea audiens: Vade, & vende, quae habes, & da pauperibus, tristis recessit.

Matth. 5. n. 21. Audistis, quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, Raca, reus erit consilio. Qui autem dixerit, Fatue, reus erit gehennae ignis.

VERSIONES.

Syriac. D. Chryso. Quicumque irascitur fratri suo temere, reus est iudicij

judicij. Et quicumque dixerit fratri suo, Racha, reus est consensus. Irascitur fratri suo sine causa, reus est. Qui dixerit fratri suo, quod pauper sit contemptum, & lacris vestibus, reus erit consilio. Qui dixerit fratri suo, Pannosus, lacer, mendicus, reus erit consilio. Obnoxius erit iudicio, consilio, &c. Qui dixerit, Stulte, reus erit gehennae incendio.

Imperfectus homil. 11. Ethiopius.

Arabicus.

Pagninus.

Theophylactus.

EXPOSITIO.

36. **H**OC loco incipit Dominus explanare legem; & facit exordium, non a primo, vel secundo, sed a quinto Decalogi praeepto. Nam licet una prima praeepta ad Dei honorem maxime pertineant, quintum tamen magnopere spectat ad vitam; & conservationem hominis quae illius est bonum praestantissimum; & Deus ob suam magnam bonitatem valde adpretiat ea, quae nostrum commodum respiciunt. Et ait Dominus: Audistis, quia dictum est antiquis, scilicet Patribus vestris, ut explicant Albertus Magnus, Cajetanus in mont. Sinai. Et dixit: Dictum est antiquis; quia lex erat jam a multo tempore data, & ut ait citatus Albertus, jam incipiebat antiquari, ac vetustate periri. Et non explanat Dominus, a quo sit dictum: Sic enim dixisset, ait Chrysoctomus homil. 16. Audistis, quia dixi antiquis; fuisset nihilominus sermo receptus difficilis, cunctisque audientibus ingratus. Sive dixisset: Quia dictum est antiquis a Patre meo; deinde intulisset: ego autem dico vobis; majoris hoc profecto esse insolentia judicasset. Propter quod medie illud posuit, atque suspense. Et prosequitur Dominus: Reus erit iudicio; hoc est, poenae damnationis, & capitalis, qua in iudicio humano puniebantur, juxta varios homicidij casus, Exod. 21. a num. 12. Levit. 24. num. 17. Et idem est hic: Reus erit iudicio; ac quod alibi aliis dicitur verbis, Morie moriatur. Nam, ut ait Euthymius, in Scriptura saepe per metaphoram judicare, significat condemnare.

Alber. Mag. Caictan. Chrysoct. Eritanda insolentia nota. Levit. 24. Euthym. 37. Christus legem adimplevit. August. D. Thom. Suarius.

Ego autem dico vobis. Multo admirabiliorem doctrinam vobis trado saper eam, quam audistis ab antiquis. Non se Dominus opponit legi, sed falsis scribarum, ac Pharisaorum interpretationibus: nam legem adaequate adimplevit Dominus, verum ejus intellectum perfecte exprimentes, & declarando, ut docet D. Augustinus lib. 19. contra Faustum Arianum. D. Thomas 1. 2. q. 207. art. 2. in corpore. Suarius lib. 10. de legibus, cap. 1. num. 6. Et legem etiam cumulatissime adimplevit Dominus, quaedam perfectionis consilia super-

addendo, ut notat D. Thomas loco citato. Et ait dicit adolescenti: Si vis perfectus esse, vende, quae de qua habes, &c. Matth. 19. Unde legem veterem imperfectam, nam data erat rudibus Judaeis, per excellentiorem doctrinam perficit, & ad majora elevat.

38. Omnis, qui i. ascitur. Exorditur Dominus explicare homicidium. Er primo loco iram vetat, quae est illius causa: qui enim malum vult amputare a radice debet evellere. Ita ait D. Chrysoctomus: Radix quippe homicidii iracundia est; qui igitur radicem abscedit, multo facilius ramos poterit amputare. Ponit Dominus tres actus irae. Irascitur, dicit actum externum. Raca, significat vocem irae, tam nihil exprimentem, Fatue, congeriem contumeliarum, de quo late quast. 9. Tres etiam poenas ponit: Reus erit iudicio; id est, iudicatur pro quantitate irae, sive venialis, sive mortalis. Reus erit consilio; hoc est, gravius puniatur pro quantitate culpa. Reus erit gehennae ignis, ut certa poena damnationis puniatur, de quo q. 10.

QUESTIO VIII.

Proponitur vera doctrina, quod actus interni irae, & homicidij fuerint lege prohibiti.

39. **L**YRANUS, & Abulensis hoc loco, in ea sunt sententia, ut dicant, quod Scribae, & Lyran. Pharisei existimabant, praeepta Decalogi solas externas actiones prohibere; non autem actus internos. Tamen communior est doctrina quantum conjicimus ex hoc Christi sermone, quod hanc suam doctrinam solum tradiderit in quinto, & sexto praeepto. D. Augustinus lib. 19. contra Faustum, cap. 23. D. Paschasius lib. 3. in Matth. D. Chrysoctomus homil. 16. D. Thomas 2. 2. quast. 107. art. 2. D. Hieronymus, Theophylactus, Albertus Magnus, Cajetanus hic. Unde totam legem falsissimis interpretationibus pravae scabatur: nam lex expressè clamabat: Non concupisces uxorem proximi tui, tunc ipsi pravaricatores existimabant impleri legem, ut ait Hugo Cardinalis, dum modo alienam uxorem non raperent. Carthusianus hoc loco testatur, quod ita interpretabantur praeeptum: Non concupisces signis externis; non autem prohiberi, dicebant ipsi, concupiscentiam intus latentem. Quae omnia, quam aperte a veritate deviant, omnes vident.

40. Aperte lex, & Scriptura damnans malas cogitationes clamabat contra errorem Pharisaorum, Sapiens toto c. 15. Proverbiorum, & ibi num. 26. Abominatio Domini cogitationes male. Isaia 1. Prov. 15. num. 16. Lavamini, mundi estote, auferite malum cogitationum vestrarum. Jeremias 25. n. 5. Reverti. Jerem. 25. mini unusquisque a via sua mala, & a pessimis cogitationibus vestris. Sophonias 3. num. 7. Corruerunt omnes cogitationes suas. De ira ait Regius Vates Psalm. 5. num. 5. Irascimini, & nolite peccare. Et Job. 5. num. 2. Stultum interficit iracundia.

41. Doctrina igitur omnium Catholicorum est, quinto, & sexto praeepto prohiberi non solum actus externos, sed etiam internos. Unde aperte Pharisei, & Scribae errabant. Ita docent omnes Patres.